K = Città del Vaticano, B.A.V., Reg. lat. 1762 (*excerpta Hadoardi*), sec. IX/X

β = consenso dei codici *G B S V*

G = Wolfenbüttel, Herzog Bibl., Gud. Lat. 335, sec. X

g = consenso dei codd. *B S V*

V = Wien, Nationalbibl., 275 q 326, sec. XI

S = München, Staatsbibl., Clm. 15964, sec. XI

B = München, Staatsbibl., Clm. 4611, sec. XII

I codici discendenti da α , quantunque contaminato da β

E = Berlin, Staatsbibl., Lat. Fol. 252, ff. 195v sgg., sec. X/XI

Mc = Firenze, Bibl. Laur., 76.31, sec. XII, Italia

b = Bern, Bürgerbibl., 514, sec. XII, Francia

p = Paris, B.n.F., Lat. 544, sec. XI

e = München, Staatsbibl., Clm. 19473, sec. XII

a = Adomont, Stiftsbibl., 383, sec. XII

F = frammento del cod. Feldkirch, Abb. Stella Matutina, sec. XI/XII
f = frammento del cod. München, Staatsbibl., Clm. 628, sec. XIII
m = frammento del cod. München, Staatsbibl., Clm. 29001, sec. X/XI
n = frammento del cod. München, Staatsbibl., Clm. 29001, sec. XII
I = *excerpta* del cod. München, Staatsbibl., 7624, sec. XIII
b = Bern, Bürgerbibl., 524, sec. XV

De inventione

ed = edidit L. STROEBEL, Stuttgart, Teubner, 1965²

C = consenso delle famiglie *M J*

M = consenso dei codici *H P S L R* oppure *H P*

H = Würzburg, Universitätsbibl., Mp. m. f. 3, sec. IX/X

P = Paris, B.n.F., Lat. 7774 A, sec. IX

S = St. Gallen, Stiftsbibl., 820, sec. X

L = Leiden, Bibl. Rijksuniv., Voss. Lat. 70, sec. IX

R = St Pietroburgo, Pub. Bibl., Class. Lat. F v. 8 auct., sec. IX/X

J = consenso totale oppure maggiore dei codici integri collazionati dallo Stroebel

i = consenso parziale dei codici integri utilizzati dall'editore

b = Bamberg, Staatsbibl., 423 M V 8, sec. XII/XIII

d = Darmstadt, Landes und Hochschulbibl., 2283 sec. XII/XIII

l = Leiden, Bibl. Rijksuniv., Gronov. 22, sec. XII

Quint. = Quintilianus, *Institutio oratoria*

Tusculanae disputationes

ed = ed. a cura di G. FOHLEN, Paris 1931

Φ = consenso dei tutti codici impiegati dall'editore

X = consenso dei codd. *R K V G P M B H*

B = Bruxelles, Bibl. Roy., 5351, sec. XII

G = Wolfenbüttel, Herzog Bibl., Gud. lat. 294, sec. X

H = Città del Vaticano, B.A.V., . Reg. lat. 1762 (*Hadoardi excerpta*), sec. IX

K = Cambrai, Bibl. Mun., 943 (842) sec. IX

P = Città del Vaticano, B.A.V., Pal. lat. 1514, sec. X

R = Paris, B.n.F., Lat. 6332, sec. IX

V = Città del Vaticano, B.A.V., Vat. lat. 3246, sec. IX

Y = consenso tra correzioni nel cod. *V e φ*

$V^2 V^C V^3$ = correzioni recuperate in *V*

φ = codici *recentiores*

Partitiones oratoriae

ed = edidit G. FRIEDRICH, Leipzig, Teubner, 1899

Academicorum posteriorum fragmenta

ed = recognovit C.F.W. MÜLLER, Leipzig, Teubner, 1904.

De provinciis orationes

ed = edidit. T. MASLOWSKI, Berlin, Teubner, 2007

P = Paris, B.n.F., Lat. 7794, Tours, sec. IX_{med}.

*P*² = le correzioni quasi coeve della prima mano *P*¹

G = Bruxelles, Bibl. Roy., 5345, Gembloux, sec. XI_{in}.

E = Berlin, Staatsbibl., Lat. Fol. 2^o 252, Corbie, sec. XII_{in}.

H = London, Brit. Lib., Harl. 4927, Francia centrale, sec. XII_{med}.

1. «Nunquam igitur satis laudari digne philosophia poterit, cui, qui pereat, omne tempus etatis sine molestia possit degere».

2. «Quilibet enim nichil est in ipsis opis ad bene beateque vivendum, his omnis etas gravis est, qui autem omnia bona a semet ipsis petunt, his nichil potest malum videri quod nature necessitas afferat. Quo in genere est in primis senectus, quam ut adipiscantur, omnes optant eandem, causantur adeptam; tanta est stulticia, inconstantia atque perversitas».

f.98v

3. «In hoc sumus sapientes, quod naturam optimam ducem tanquam Deum sequimur, eique paremus; a qua enim non veri simile est, cum cetera partes etatis bene descripte sint, extremum actum tanquam ab inerti poeta esse neglectum».

4. «Quid enim aliud est gigantum [...] bellare cum diis nisi nature repugnare?» Inhumanitas.

5. «Pares autem vetere proverbio facillime congregantur?»

6. «Moderati enim et nec difficiles, nec humani senes tollerabilem senectem agunt: importunitas autem et inhumanitas omni etate molesta est».

7. «(1) Nec enim in summa inopia levis esse senectus potest nec sapienti quidem nec insipienti, etiam in suma copia non gravis. (2) Aptissima sunt omnino arma senectutis, artes exercitationesque virtutum, que in omni etate culte, cum diu multumque vixeris, mirificos afferunt fructus, non solum quia nunquam deserunt ne extremo quidem tempore etatis, quamquam id quidem maximum est verum, etiam quia conscientia bene acte vite multorumque benefactorum recordatio iocundissima est».

8. «Sua enim vicia insipientes et suam culpam in senectutem conferunt».

9. «Nulle res sunt seniles que vel infirmis corporibus animo tamen administrentur».

10. «Non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporum res magne geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia, quibus non modo orbari, sed etiam augeri senectus solet».

11. «Temeritas est videlicet florentis etatis, prudentia senescentis».

12. «Nemo tam senex est qui se annum non putet posse vivere».

13. «Ut enim adolescentibus bona indole predictis sapientes senex delectantur; senum preceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur».

14. «Est decorus senis, sermo quietus et remissus facitque per se ipsam sibi audientiam disertis senis compta et mitis oratio. Quid enim est iocundius senectute stipata studiis iuventutis?»

LECTIONES in Va et Ve **CIC. Cato 1. in Ve. II 8, 24** | nunquam igitur *Va ed* | nunquam *Ve* | satis laudari digne *Va Ve* | digne satis laudari *ed* | pereat *Va* | pateat *Ve* ; pareat *ed* || **2.** quilibet | quibus *ed* | causantur | accusant *ed* | adeptam | adepti *ed* || **3. in Ve. I 2, 9** | veri simile *Va ed* | verissimie *Ve* | descript(a)e *Va Ve* | discr- *ed* | sint *Va ed* | sunt *Ve* || **4. in Ve. I 2, 12** | enim aliud est *Va*, (enim *om.*) *Ve* | est enim aliud *ed* | spatium vacuum post gigantum *Va* | gigantum modo bellare *Ve ed* | repugnare inhumanitas *Va* | repugantur *Ve ed* || **5.** proverbio | proverbio cum paribus *ed* | vetere *ed* | utere *Va* || **6.** humani | inhumani *ed* || **7. (1) nec¹** | ne *ed* | (2) aptissima sunt omnino | aptissima omnino sunt scipio et lelli *ed* || **9.** nulle res | nullae ne igitur *ed* || **10.** orbari | orba *ed* || **11. in Ve. II 2, 22** | videlicet *Va ed* | vitium *Ve* || **12.** tam senex est | enim est tam senex *ed* || **13.** senex | senes *ed* | predictis | praeditis *ed* | delectantur senum preceptis | delectantur leviorque fit senectus eorum qui a iuventute coluntur et diliguntur, sic adulescentes senum praeceptis *ed* || **14.** est decorus | sed tamen est decorus *ed* | per se ipsam | persaepe ipsa *ed* | compta | cocta *ed* | mitis oratio quid enim est | mitis oratio. quam si ipse exequi nequeas, possis tamen scipioni praecipere et laelio. quid enim est *ed* ||

LECTIONES in ceteris codd. **CIC. Cato 1.** satis laudari digne *Mc* | pereat | pareat *P V E Mc* ; parat *A¹ L¹* ; paret *b* || **2.** adeptam *P V Mc* | adepti *b L¹ A¹ K E* || **3.** descript(a)e *P b L² E Mc* | discr- *V L¹ A* || **4.** enim | *om.* *E* | ante bellare *om.* modo *Mc*, suppl. in *mg.* || **7. (1) nec¹** *V¹ b L A K E Mc* | ne *P V²* || **9.** seniles *codd. Mc* | similes *P¹ A²* ; similes seniles *K* || **10.** orbari *E Mc* || **11.** senescentis | senectutis *Mc b* || **13.** predictis | praedisti *L¹ A¹* ; prediti *E* | ducuntur | dicuntur *b* || **14.** per se ipsam | per se ipsa *L¹ A¹* ; persaepe ipsa *P V b L² A² E Mc* | compta *P V L² A² K E Mc* | cocta *b L¹ A¹* ; composita *Q* | iuventutis | iuventatis *b A²* ; iuventatas *A¹* ||

LOCI EXCERPTI in Va **CIC. Cato 1.** 1, 2. 2. 2, 4. 3. 2, 5. 4. 2, 5. 5. 3, 7. 6. 3, 7. 7. 3, 8. 8. 5, 14. 9. 6, 15. 10. 6, 17. 11. 6, 20. 12. 7, 24. 13. 8, 26. 14. 9, 28.

15. «Libidinosa enim et intemperans adolescentia effectum corpus traddidit senectuti».

16. «Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si menti mancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos, ut enim adolescentem, in quo est senile aliquid, sic senem, in quo est aliquid adolescentis, probo».

17. «Semper enim in his studiis laboribusque viventi non intelligitur, quando abrepat senectus, ita sensim sine sensu etas senescit nec subito frangitur, sed diurnitate extinguitur».

18. «(1) Nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis hominibus, dicebat, a natura datam, cuius avide libidines temere et effrenate ad paciendum incitarentur. (2) Hinc patrie prodiones, hinc rerum publicarum eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci, nullumque denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret, stupra vero et adulteria et omne tale flagitium nullis excitari illecebris aliis nisi volutatis. (3) Cumque homini sive natura sive quis Deus nichil mente prestabilius dedisset, huic divino muneri ac dono nichil esse tam inimicum quam voluptatem, nec enim libidine dominante temperantie locum esse neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. (4) Quocirca nichil est tan detestabile tanquam pestiferum quam voluptatem, siquidem ea cum maior esset atque longinquior, omne animi lumen extingueret».

19. «Quorsum hec? Et inteligeretis, si voluptatem aspernari ratione et sapientia non possemus, magnam habendam senecti gratiam, que effecerat, ut id non liberet quod non oporteret».

20. «Divine enim Plato escam malorum appellat voluptatem, quod ea videlicet omnes capiantur ut pisces».

21. «Cupidis enim mortalium rerum odiosum et molestum est carere, saciatis vero et expletis iocundius est carere quam frui».

22. «(1) Senectus est natura loquator, ne ab omnibus eam viciis videat vindicare. (2) Non enim aurum habere preclarum sibi, dixit, sed habentibus aurum imperare».

23. «Iure igitur gravis, cuius de laudibus omnium esset fama consentiens».

LECTIONES IN Va et Ve **CIC. Cato 15.** adolescentia] adolosc- Va | tradidit] tradit ed || 16. menti] nemini ed || 17. abrepat] obrepat ed || 18. (1) avide] voluptatis avide ed | paciendum] potiundum ed | (2) nullumque] nullum ed | supra ed] perscripsit strupra (forsitan ex stuþa) Va | illecebris aliis] aliis illecebris ed | (3) esse tam] tam esse ed | (3) ... posse consistere. (4) quo circa...] ... posse consistere. quod quo magis intelligi posset, fingere animo iubebat tanta incitatum aliquem voluptate corporis quanta percipi posset maxima; nemini censebat fore dubium quin tam diu, dum ita gauderet, nichil agitare mente, nihil ratione nicil cogitatione consequi posset. quocirca nihil... ed | tanquam pestiferum quam voluptatem] quam voluptatem ed | est] esse ed | longinquior] longior ed || 19. et] ut ed | effecerat] effeceret ed || 20. omnes] homines ed || 21. rerum mortalium] rerum talium ed | et] fortasse et ed || 22. (1) senectus est...] nam et studio ruscticarum rerum provocatus sum et senectus est... ed | videat] videar ed | (1) ... videat vindicare. (2) non enim aurum habere...] ... videar vindicare. ergo in hac vita m. curius, cum de samnitibus de sabinos de phyrro triumphavisset, consumpsit extremum tempus aetatis. cuius quidem ego villam contemplans, abest enim non longe a me, admirari satis non possum vel hominis ipsius continentiam vel temporum disciplinam. curio ad focum sedenti magnum auri pondus samnites cum attulissent, repudiati sunt; non enim aurum habere... ed | (2) sibi] sibi videri ed | habanetibus aurum] eis qui haberent aurum ed ||

LECTIONES in ceteris codd. **CIC. Cato 15.** tradidit (-di- sscr.) Mc^c || 16. ius suum P A² E Mc] usum V ; visum b L A¹ | si menti mancipata est P V L² A² K p] mente sine emancipata est b ; si neminem mancipata est L¹ A¹ ; si nemini mancipata est Mc | usque ad] om. V | senem] semen b || 17. laboribusque] laboribus quem b | abrepat] obrepat P¹ A² | sensim] in sensim L¹ ; sensit A¹ | subito frangitur] frangitur subito b || 18. (1) nullam... a natura datam E Mc] nullam a natura data cett. ; om. L¹ | a] om. V¹ | datam] datus b | et effrenate P² V¹ L² A² E Mc] ecfrenate P¹ V² ; et frenate b L¹ A¹ | paciendum] potiundum E Mc V | (2) facinus] facim L¹ | omne Q E Mc] omnia Lact. cod. vetustissimus | tale] om. Lact. cod. | excitari P V b Mc, Lact. codd.] exercitari L A K ; exerceri E | illecebris] inceribris L¹ A¹ | (3) sive] si A¹ | esse] om. Lact. codd. | regno P V² L² A² E Mc] regnum V¹ b L¹ A¹ | (4) est] esset A K¹ | detestabile tanquam pestiferum E, (in glossam) H², (tanque) Mc | quam P V² A² E Mc] tanquam V¹ b L A¹ | longinquior B E R S Mc m] longior P V A L² K ; longi b L¹ || 19. quorsum hec] quorsus A¹ | efficerat] efficere V¹ ; effecerit A¹ || 20. appellat] appellatu b L¹ A¹ || 21. carere¹] curare b A ; curase L¹ | expletis] explens L¹ ; ex*plens A¹ || 22. (1) est natura P² b L A E Mc] est P¹ V | ne] nec b | omnibus L² E Mc] hominibus L¹ A K | (2) non] om. L¹ ||

LOCI EXCERPTI in Va **CIC. Cato 15.** 9, 29. 16. 11, 38. 17. 11, 38. 18. 12, 39-41. 19. 12, 42. 20. 13, 44. 21. 14, 47. 22. 16, 55. 23. 17, 61.

24. «Habet senectus hornata presertim tantam auctoritatem, ut ea pluris sit quam omnes adolescentie voluptates».

25. «Non cani non ruge repente auctoritatem arripere possunt, sed honeste acta superior etas fructus capit auctoritatis extremos».

26. «Severitatem in senectute probo et eam sicut alia modicam, acerbitatem nullo modo; avaritia non senilis. Quid sibi velit? Non intelligi potest enim quicquam esse absurdus quam quo vie minus restet, eo plus viatici querere».

27. «O miserum senem qui mortem contemplandam in tam longa etate non viderit! Que aut plane negligenda est, si omnino extinguit animum, aut etiam optanda, si aliquo eum deducit quo sit futurus eternus?»

28. «Quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum ad vesperum esse victurum».

29. «Quid enim stultius quam incerta pro certis habere, falsa pro veris».

30. «(1) Vivendi est finis optimus, cum integra mente ceterisque sensibus opus ipsa suum eademque coaugumentavit, natura dissolvit. (2) Ut navim et edificium idem destruit facillime qui construxit, sic hominem eadem optime que glutinavit, natura dissolvit».

31. «Non censet Ennius lugendam esse mortem quam immortalitas consequatur».

32. «Studiorum omnium sacietas vite facit sacietatem».

33. «Sapientissimus quisque equissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo».

34. «Quid enim habet vita commodi, quod non potius laboris».

35. «Habet natura ut aliarum omnium rerum sic vivendi modum. Senectus autem est etatis peractio tanquam fabule, cuius defatigationem fugere debemus presertim adiuncta satietate».

36. «Sensi ego in optimo filio, tum in expectatis ad amplissimam dignitatem fratribus, mortem omni etate esse comune».

37. «Michi ne diuturnum quidem quicquam videtur in quo est aliquid extremum».

38. «Quod cuique temporis ad vivendum datur, eodem debet esse contentus».

39. «Fructus autem senectutis est, ut sepe dixi ante, pretorum bonorum memoria et copia».

40. «(1) Omnia vero, que tam secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. (2) Quid est autem tam secundum naturam quam senibus emori? (3) Quod idem adolescentibus michi mori sic videntur, ut tum aque multitudine flame vis opprimitur, senes autem sicut sua [sua] sponte, nulla

LECTIONES in Va et Ve **CIC. Cato** 25. non²] nec ed || 26. et] sed ed | non senilis] vero senilis ed | intelligi] intellego ed || 27. contemplandam] contemnendam esse ed | quo] ubi ed || 28. exploratum] exploratum se ed || 29. in Ve. II 2, 9 || 30. (1) vivendi] sed vivendi ed | coaugumentavit] coagmentavit ed | (2) et] ut ed | glutinavit] conglutinavit ed || 31. non censet ennius] sed haud scio an melius Ennius; "nemo me dacrumis decoret neque funera flectu/ faxit". Non censeat... ed || 33. sapientissimus] quod sapientissimus... ed || 34. quod] quid ed || 35. habet] nam habet ed | est etatis] aetatis est ed || 36. tum in... fratribus] tu in... fratribus scipio ed || 37. michi] sed mihi ed || 38. eodem] eo ed || 39. pretorum] partorum ed || 40. (1) vero] autem ed | (3) quod idem adolescentibus michi mori...] idem contingit adulescentibus adversante et repugnante natura, itaque adulescentes mihi mori... ed | adolescentibus] adulescentes ed | tum] cum ed | ►►

LECTIONES in ceteris codd. **CIC. Cato** 24. ut] om. A¹ || 25. non² E Mc || 26. probo et eam] probo potest enim cett. ; om. b | alia I R S Mc] aliam Ω ; om. E | quo vie E Mc] quo via L¹ A¹ ; covia b | restet] restat E Mc ; resta L A || 27. futurum] -rum b || 28. quis est tam E Mc H R v] quis etiam Ω || 30. (1) coaugumentavit E, (sscr. u) Mc^c | (2) destruit] distrahit L ; distrahit b A¹ ; destruat Mc || 31. lugendam ~ consequatur] om. Mc | consequatur] om. V¹ || 32. studiorum ~ sacietatem] om. Mc | studiorum] rerum E || 36. tum in P² A² B E I R S Mc] tum Ω ; vel cum sscr. Mc ; tu in Madvig | ad H² p B E I R E S Mc] om. Ω | omni] omnia L¹ A || 37. quicquam] quicquid b L¹ A¹ E || 38. cuique P² L² A² H² K E] cumque P¹ H¹ ; cuiquam V b L¹ A¹ p || 39. ante] om. P L² K H¹ | pretorum] peractorum A² P L² K H¹ ; partorum V b L¹ A¹ H² E Mc | copia] copiosa b || 40. (1) que Ω E Mc] his qui b | bonis Ω E Mc] nobis b | (3) adolescentibus (adul-) E | flam(m)e vis Ω E] flammeus L¹ A¹ | vis¹] vim L¹ A¹ | ►►

LOCILEXcerpti in Va **CIC. Cato** 24. 17, 61. 25. 18, 62. 26. 18, 65. 27. 19, 66. 28. 19, 67. 29. 19, 68. 30. 20, 72. 31. 20, 73. 32. 20, 76. 33. 23, 83. 34. 23, 84. 35. 23, 85. 36. 19, 68. 37. 19, 69. 38. 19, 69. 39. 19, 71. 40. 19, 71.

adhibita vi, consumptus ignis extinguitur, et quasi poma et arboribus, cruda si sunt, vi avelluntur, si matura et coacta decident, sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas».

Flores lecti ex libris M. T. Ciceronis *de natura deorum* super primo libro

1. «Quid est enim temeritate fortius aut quid tam temerarium tanquam indignum sapientis gravitate atque constantia, quam aut falsum sentire aut quod non satis explore perceptum sit et incognitum sine ulla dubitatione defendere?» f.100r
2. «Qui admonent amice docendi sunt, qui insectantur inimice repellendi».
3. «Multa sunt incommoda in vita que sapientes commodorum compensatione leniunt; stulti nec vitare venientia, nisi fer<r>e presentia possunt».
4. «Omnibus ferre in rebus quid non sit quam quod quid sit facilius dixerim».
5. «Non enim tam auctores in disputando quam rationis momenta querenda sunt».
6. «Non enim hominum interitu scientie quam accidunt, sed lucem a ceteris fortasse desiderant».
7. «Singulas disciplinas percipere magnum est quanto magis omnes».
8. «Sed quia nimis indociles quidam tardique sunt admonendi videntur sepius».
9. «De quo autem omnium natura consentit, id verum esse ncesse est».
10. «Quis enim non timet omnia providentem, et animadvertere et omnia ad se pertinere putantem, curiosum et plenum negotii».
11. «Quanti autem philosophia extimanda sit, cui tamquam aniculis et hisque quidem indoctis, fato fieri omnia videntur».
12. «Est enim vis tanta nature, ut homo nemo velit, nisi homini similis esse».
13. «Nulla ars imitari solertia nature potest».
14. «Male instituta ratio exitum invenire non potest».
15. «Cum enim optimam et prestantissimam Dei naturam dicit esse; negat item esse gratiam; tollit id quod maxime proprium est, optime maximeque nature».
16. «Nichil enim est omni virtute amabilius quam qui adeptus erit ubicumque erit gentium a nobis diligetur».
17. «Censent autem sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos».
18. «Nulla caritas naturalis inter bonos? Carum ipsum verbum est amoris».

LECTIONES in Va et Ve **CIC. Cato 40.** (3) sua sua sponte] cum sua sponte *ed* | et] *ex ed* | vi] *vix ed* | cruda] *eruda Va* | avelluntur] *evelluntur ed* | coacta] *cocta ed* || **EUUSD. Nat. I 1. in Ve. II 2, 15** | fortius *Va Ve*] *turpius ed* | perceptum *Va Ve*] *proc- ed* | incognitum *Va Ve*] *cognitum ed* || **2. in Ve. II 5, 10** | insectantur inimice *Va Ve*] inimice insectantur *ed* || **3.** que] *ut ea ed* | nisi fer(r)e presentia possunt] *possint nec ferre presentia ed* || **5.** auctores] *auctoritatis ed* || **6. in Ve. II 1, 100** | scientie *Va*] *sententie Ve ed* | accidunt *Va*] *occidunt Ve ed* | a ceteris *Va Ve*] *auctoris ed* || **7. in Ve. II 5, 11** | singulis *Va Ve*] *nam si singulis ed* | magis *Va Ve*] *maius ed* | omnes *Va Ve*] *omnis ed* || **10.** timet] *timeat ed* | providentem] *providentem et cogitantem ed* | animadvertere] *animadvertentem ed* | negotii] *negotii deum ed* || **11.** philosophia] *haec philosophia ed* | extimanda sit] *aestimandast ed* | hisque] *his ed* | omnia videntur] *videntur omnia ed* || **12. in Ve. I 2, 17** | homini *Va Ve*] *hominis ed* || **14.** invenire] *reperire ed* || **15.** dicit] *dicit ed* | item] *idem ed* | gratiam] *in deo gratiam ed* | optime maximeque nature] *optimam et praestantissimam naturam ed* || **16. in Ve. I 4, 43** | nichil enim est omni virtute *Va*, (enim *om.*) *Ve*] *nichil est enim virtute ed* | erit *Va ed*] *fuerit Ve* || **17. in Ve. II 1, 40** | sapientes *Va ed*] + *stoyci Ve* ||

LECTIONES in ceteris codd. **CIC. Cato 40.** (3) ignis] *igni b* | cruda *Mc* | si sunt *V b Mc*] *sunt L¹*; *om. A¹*; si sint *P L² A² E* | vi *E Mc V* | avelluntur *Mc* || **EUUSD. Nat. I 1.** fortius *B* || **5.** auctores *A² C N*] *auctore A¹*; *auctoritas Hadoardus*; *auctoritatis Mollweide* || **6.** a ceteris] *auctores A² C N*; *auctore A¹* || **11.** sit *A C P N*] *est B* || **12.** homo] *homini A C N* ||

LOCI EXCERPTI in Va **CIC. Nat. I 1.** I 1, 1. **2.** I 3, 5. **3.** I 9, 23. **4.** I 21, 57. **5.** I 5, 10. **6.** I 5, 11. **7.** I 5, 11. **8.** I 5, 12. **9.** I 17, 44. **10.** I 20, 54. **11.** I 20, 55. **12.** I 28, 78. **13.** I 33, 92. **14.** I 37, 104. **15.** I 43, 121. **16.** I 44, 121. **17.** I 44, 121. **18.** I 44, 122.

Super secundo libro *De natura deorum*.

f.100r

19. «Cuius solertiam nulla ars, nulla manus, nemo optifex consequi possit, imitando».

20. «Nemo igitur vir magnus sine aliquo afflatu divino nunquam fuit».

21. «(1) Magna dii curant, parva negligunt. (2) Magnis autem viris prospere semper omnes res, siquidem satis a ceteris et principe philosophorum Socrate dictum est».

22. «Quid tam perspicuum, cum celestia complectamur, quam esse aliquod numen prestantissime mentis, quo hec regantur?»

23. «Ad considerandum qualis sit natura deorum, nichil sit difficilius quam a consuetudine oculorum mentis aciem abducere».

Super tercio *De natura deorum*.

f.100v

24. «Quam nemo ab inconstantia et temeritate seiunget que digna certe non sunt Deo?»

25. «At enim dii minora negligunt, neque a[u]gelos singulorum vinctulas persecuntur, nec, si uredo aut grando, quippiam nocuit, id Iovi animadvertendum fuit».

26. «Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur».

Flores electi in libris M. T. Ciceronis *De divinatione super primo libro*

1. « Nam cum omnibus in rebus temeritas in assumendo errorque sit turpis, tamen in eo loco, maxime in quo indicandum est quantum auspiciis rebusque divinis religionique tribuamus».

2. «Nichil est quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendisque momentis conficere atque assequi possit».

3. «Sic enim profecto res se habet, ut numquam perfecte veritatem ars imitetur».

4. «Nichil est enim beneficentia prestantius».

5. «Omnibus in rebus temeritas in assentiendo errorque turpis est».

6. «Si quis mortalis colligationes omnium causarum animo prospicere posset, nisi cum profecto falleret».

LECTIONES in Va et Ve CIC. *Nat.* II 19. *in Ve.* I 2, 25 | cuius *Va ed*] nature *Ve* || 20. *in Ve.* I 1, 30 | nemo *Va ed*] ne me *Ve* || 21. (1) *in Ve.* I 1, 31 | negligunt *Va*, (negle-) *ed* | neguliglunt *Ve* | (2) ceteris] nostris *ed* | philosophorum] philosophiae *ed* || 22. quid] quid enim potest esse *ed* | perspicuum] apertum tamque perspicuum *ed* | cum] cum caelum suspeximus *ed* | complectamur] comtemplati sumus *ed* || 23. ad considerandum qualis sit natura deorum] restat ut qualis eorum natura sit consideremus *ed* | nichil] in quo nichil *ed* | mentis aciem] aciem mentis *ed* || 24. quam] est fortuna numeranda qum *ed* | temeritate] temeritate *ed* || 25. *in Ve.* I 1, 42 | at enim *Va ed*] om. *Ve* | dii minora *Va Ve*] minora di *ed* | age(1)los *Ve ed*] augelos *Va* | vinctulas *Va*] viticulas *Ve ed* | persecuntur *Va*] persequuntur *Ve ed* | quippiam *Va*] cuipiam *Ve ed* || 26. vertutos *Va*] versutos *ed* || *EIUSD. Div.* I. *in Ve.* II 3, 8 | omnibus ~ turpis *in Va.* 5 (= *Va^{bis}*) | nam cum *Va Ve ed*] om. *Va^{bis}* | assumendo *Va Ve*] assentiendo *Va^{bis}*, ads- *ed* | sit turpis *Va Ve*] turpis est *Va^{bis} ed* | tamen *Va Ve*] tum *ed*; deest *Va^{bis}* || 2. *in Ve.* II 9, 14 | est *Va Ve*] est autem *ed* | longinquitas *Va ed*] longiunq- *Ve* | momentis *Va Ve*] monumentis *ed* | conficere *Va Ve*] efficere *ed* | possit *Va ed*, (s del. et t add.) *Ve^c*] possis *Ve* || 3. se profecto res] res profecto se *ed* | ars] res *ed* || 5. *cfr. Va.* I || 6. mortalis] mortalis possit esse qui *ed* | colligationes] colligationem *ed* | omnium causarum] causarum omnium *ed* | nisi] nihil *ed* | prospicere] perspiciat *ed* | falleret] fallat *ed* ||

LECTIONES in ceteris codd. CIC. *Nat.* II 25. grando *V²B^c* | glando *A V¹B* | quippiam *A³V²* | quipiam *A¹V¹B* || *EIUSD. Div.* 3. imitetur] imitatur *A* || 4. pr(a)estantius] prestanteis *corr. in -tiis A* ||

LOCI EXCERPTI in Va CIC. *Nat.* II 19. II 32, 81. 20. II 66, 167. 21. II 66, 167. 22. II 2, 4. 23. II 17, 45. 24. III 24, 61. 25. III 35, 86. 26. III 10, 25. *EIUSD. Div.* I. I 4, 7. 2. I 7, 12. 3. I 13, 23. 4. I 38, 82. 5. I 4, 7. 6. I 56, 127.

Super secundo

7. «Neque enim tanta infelicitas est aruspicum, ut ne casu quidem unquam fiat quod futurum illi esse dixerunt».

8. «Errabat enim in multis rebus aniquitas quam vel usu iam vel doctrina vel vetustate immutata<m> videmus».

9. «Auctoritatem quidem nullam debemus nec fidem commenticiis rebus adiungere».

10. «Causarum ignoratio in re nova mirationem facit. Quod autem crebre videt quis non miratur, etiamsi cur fiat nescit».

Marci T. Ciceronis *De creatione mundi*

1. «Parentem universitatis huius invenire difficile est, et cum iam quis enim invenerit, iudicare in vulgus nephas est».

Flores ex M. T. Ciceronis *De amicitia deflorati*

1. «Si vis incommodis angi graviter non amicum, sed se ipsum amantis est».

2. «Ego vos ortari tamen possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis; nichil est enim tam nature aptum, tam conveniens ad res vel secundas vel adversas. Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse».

3. «Negant enim quemquam virum bonum esse, nisi sapientem».

4. «(1) Sic enim michi persuadere videor ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quedam, maior, autem prout quisque proxime accedetur, itaque cives potiores quam peregrini, propinqui quam alieni. (2) Cum his enim, amicitiam natura ipsa peperit, sed ea non satis habet firmitatis. (3) Namque hoc prestat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benivolentia tolli potest, ex amicitia non potest. (4) Sublata enim benevolentia amicitie nomen tollitur, propinquitatis manet. (5) Quanta autem vis amicitie sit, ex hoc intelligi maxime potest, quod ex infinita generis humani societate, quam conciliavit ipsa natura, ita contracta res est, et adducta in angustum, ut omnis caritas aut inter duos aut inter paucos iungeretur. (6) Est enim amicitia nichil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benivolentia et caritate consentio; (7) qua, haud scio, an excepta sapientia, nichil melius sit homini a diis immortalibus datum».

f.101r

LECTIONES in Va et Ve **CIC. Div.** 7. (h)aruspicum *ed*] aurispicum *Va* || 8. *in Ve. II 5, 20* | in multis rebus *Va Ve*] multis in rebus *ed* | mutatam *ed*] mutata *Va* || 9. *in Ve. III 13, 5* || 10. mirationem facit qui autem crebre videt...] mirationem facit; eadem ignoratio si in rebus usitatis est, non miramur. nam qui mulam peperisse miratur, is, quo modo equa pariat aut omnino quae natura partum animantis faciat, ignorat. sed quod crebro videt... *ed* | quod *ed*] qui *Va* | crebre] crebro *ed* || **EIUSD. Tim. Tit.** de creatione mundi 1. universitatis huius *Va*] huius universitatis *ed* | difficile est] difficile *ed* | iam quis] iam *ed* || **EIUSD. Lael.** 1. *in Ve. III 15, 7* | si vis *Va*] suis *Ve* ; suis autem *ed* | angi graviter *Va Ve*] graviter angi *ed* | non *Va ed*] ne *Ve* || 2. *in Ve. III 15, 8* | tamen *Va*] tantum *Ve ed* | humanis anteponatis *Va ed*] anteponatis humanis *Ve* | est enim *Va ed*] enim est *Ve* | nature *Va ed*] nate *Ve* || 3. *in Ve. II 1, 59* | quemquam *Va ed*] quemque *Ve* | virum bonum esse *Va Ve*] esse virum bonum *ed* || 4. (1) persuadere] perspicere *ed* | prout] ut *ed* | accedetur] accederet *ed* | (2)-(5) *in Ve. III 15, 13* | (2) his enim *Va ed*] propinquis *Ve* | ipsa *Va ed*] ipse *Ve* | (5) generis humani societate *Va Ve^c*] societate generis humani *ed* ; humani humanis *Ve* | aut *Va ed*] autem *Ve* | iungeretur *Va ed*] vigeretur *Ve* | (6) *in Ve. III 15, 2* | omnium *Va ed*] aliud + *Ve* | (7) *in Ve. III 15, 20* | qua *Va ed*] amicitia *Ve* | haud *Va Ve*] quidem haud *ed* | sit homini *Va Ve*] homini sit *ed* | diis *Va Ve*] dis *ed* ||

LECTIONES in ceteris codd. **CIC. Div.** 8. in multis rebus] + et *V* || 10. miratur] miramur *corr. in -tur A* || **EIUSD. Tim.** 1. parentum] *ex -tum B* | universitatis] *post universitatis add. se inde del. B* | invenerit (*ex -ni- V*) *S V*] invenit (*-nerit B*) *corr. in -neris A B* || **EIUSD. Lael.** 2. nature] *aiatte (?) E* || 4. (1) omnes *codd. Mc*] omnes homines *B S V E* | (5) infinita... societate] *infirmas otietate P* | (7) *ni(c)hil P E¹ K*] quicquam *G B S V Mc* ; quicquid *E²* ; quid *I* | sit homini (*homini sit*) *P M K e*] sit hominibus *G B S V m a l*, hominibus sit *Mc* ||

LOCI EXCERPTI in Va **CIC. Div.** 7. II 29, 62. 8. II 33, 70. 9. II 55, 113. 10. II 22, 49. **EIUSD. Tim.** 1. 2, 6. **EIUSD. Lael.** 1. 3, 10. 2. 5, 17. 3. 5, 18. 4. 5, 19-6, 20.

5.« Qui autem in virtute summum bonum ponunt preclare? Quidem, sed hec ipsa virtus amicitiam gignit et continet, nec sine amicitia ullo pacto esse potest».

6. « (1) Qui potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, qui non mutua benevolentia conquiescat? (2) Quid dulcius quam habere cum quo omnia sic audes loqui ut tecum? (3) Qui esset tantus fructus prosperis rebus, nisi haberes? (4) Qui illis eque, ac tu ipse, gauderet? (5) Adversas vero difficile esset ferre sine eo qui illas gravius etiam quantum ferret».

7. «Amicitia res plurimas continet. Quo te ve<r>teris, presto est; nullo loco excluditur, nunquam inte<m>pestiva est, nunquam molesta. Itaque non aqua, non igne, ut aiunt, locis plurimis utimur quam amicitia».

8. «Nam ut res secundas splendiores facit amicitia et adversas paciens comunicansque leniores».

9. «In amicitia nichil fictum est, nichil simulatum et quicquid est idem verum et voluntarium est».

10. «Nichil enim est virtute amabilius, nichil quod magis alliciat ad diligendum, quippe cum propter virtutem et probitatem etiam eos, quos nunquam vidimus quodam modo, diligamus».

11. «Nichil enim altum neque magnificum neque divinum suscipere possunt qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam vilem atque contemptam».⁷

12. «Si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolveret. Sed quia natura mutari non potest, idcirco vere amicitie sempiternae sunt».

13. «Pestem enim nullam maiorem esse amicitiae, quam in plerisque pecuniae cupiditatem, in optimis quibusque honoribus certamen et glorie».

14. « (1) Nulla est excusatio peccati, si amici, tamen peccaveris. (2) Nam cum conciliatrix amicitiae virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris. (3) Quod, si rectum statuerimus vel concedere amicis quicquid velint vel impetrare ab his quicquid velimus, perfecta quidem sapientia sumus, si nichil haberet res viciai».

f.101v

LECTIONES in Va et Ve **CIC. Lael. 5. in Ve. III 15, 21** | qui autem *Va ed* | qui *Ve* | virtute *Va ed* | virtutem *Ve* | preclare quidem *Va Ve* | praeclare illi quidem *ed* | gignit *Va Ve* | et gignit *ed* | sed *Va ed* | + eque *Ve* | sine amicitia *Va*, (amicitiam) *Ve* | sine virtute amicitia *ed* | ullo pacto esse *Va Ve* | esse ullo pacto *ed* || **6. in Ve. III 15, 35** |(1) qui *Va Ve* | principio qui *ed* | vitalis *Va ed* | vitabilis *Ve* | ut ait Ennius *Va ed* | *om. Ve* | qui *Va Ve* | quae *ed* | mutua *Va Ve^c* | in amici mutua *ed* ; mita (*del.*) *Ve^{ac}* | conquiescat *Va Ve* | conquiescit *ed* | (2) cum quo *Va Ve* | quicum *ed* | sic audes *Va* | sic audeas *Ve* ; audeas sic *ed* | (3) prosperis *Va Ve* | in prosperis *ed* | (5) difficile esset ferre *Va Ve* | ferre difficile esset *ed* | illas *Va ed* | illa *Ve* | quantum *Va* | quam tu *Ve ed* || **7. in Ve. III 15, 36** | amicitia *Va ed* | amicitias *Ve* | quo *Va Ve* | quoque *ed* | verteris *Ve ed* | veteris *Va* | intempestiva *Ve ed* | inpepestiva *Va* | est numquam molesta *Va Ve* | numquam molesta est. *ed* | equa *Va* | aqua *Ve ed* | igne *Va Ve* | igni *ed* | ut aiunt *Va ed* | *om. Ve* | plurimis *Va Ve* | pluribus *ed* || **8. in Ve. III 15, 68** | nam ut *Va* | et *Ve* ; nam et *ed* | res secundas *Va Ve* | secundas res *ed* | paciens *Va Ve* | partiens *ed* | comunicansque *Va ed* | comunicatque *Ve* || **9. in Ve. III 15, 69** | in amicitia *Va Ve* | in amicitia autem *ed* | quicquid est idem verum et voluntarium est *Va Ve* | quicquid est, id est verum et voluntarium *ed* | voluntarium *Va Ve^c ed* | conso (*del.*) *Ve* | est² *Va Ve* | deest *ed* || **10. in Ve. I 4, 50** | nichil enim est *Va* | enim *om. Ve* ; nihil est enim *ed* || **11.** neque¹ | nihil *ed* | neque² | ac *ed* | suscipere | suspicere *ed* | vilem | humile *ed* | atque | tamque *ed* || **12. in Ve. III 15, 76** | si *Va Ve* | nam si *ed* | utilitas amicitias *Va ed* | amicitias utilitas *Ve* || **13.** et *sscr. Va* || **14. in Ve. III 15, 77** | (1) nulla est *Va Ve* | nulla est igitur *ed* | si¹ *Va ed* | sed *Ve* | tamen *Va* | causa *Ve ed* | (3) his *Va*, (hiis) *Ve* | iis *ed* | (3) quidem sapientia *Va ed* | sapientia quidem *Ve* | sumus si *Va Ve* | si simus *ed* | haberet *Va Ve* | habeat *ed* ||

LECTIONES in ceteris codd. **CIC. Lael. 6.** (1) conquiescat *Mc* | (2) cum quo *Mc* | (3) qui *P M K Mc* | quae *G B S V m e* | (4) qui *P M K G² V* | quis *G¹ B S e* || 7. res plurimas | plurimas res *H p* | locis plurimis | locis pluribus *Mc P M K* | pluribus locis *G B S V* || 9. quicquid est idem verum *Mc* | quicquid est idem verum est *E* || 10. alliciat | ad liceat *P K E* || 11. suscipere *E M c K m²* | suspicere *codd.*, *sscr. n¹* ; susspicere *G* ; perspicere *m¹* | rem tam | *invers. G* || 14. sumus si *Mc G B S V D n e F* | simus si *P M K* ; si simus *Canter* ||

LOCI EXCERPTI in Va **CIC. Lael. 5. 6, 20. 6. 6, 22. 7. 6, 22. 8. 6, 22. 9. 8, 26. 10. 8, 28. 11. 9, 32. 12. 9, 32. 13. 10, 34. 14. 11, 37-8.**

15. «Hec igitur lex in amicitia sancitur ut neque rogemus res turpes nec faciamus rogati. Turpis excusatio est et minime accipienda, tamen in ceteris peccatis, tum si quis contra rem publicam se amici causa fecisse fateatur».

16. «Improbis pena statuenda est, nec vero minor his qui secuti erunt alterum, quam his qui fuerunt impietatis duces».

17. «Hec igitur prima lex amicitie sancitur ut ab amicis honesta putamus, amicorum causa honesta faciamus, ne expectemus. Quid dum rogemur studium semper assit, coniuratio absit? Consilium verum dare gaudeamus libere».

18. «Satis superque esse sibi suarum cuique rerum, alienis nimis implicari molestum esse; comodissimum esse quam laxissimas habenas habere amicitie, quas vel adducas cum velis, vel remittas».⁸

19. «Solem e mundo tollere videntur qui amicitiam e vita[m] tollunt, qua nichil a diis immortalibus melius habemus vel iocundius».

20. «Hoc primum est animi bene constituti et letari bonis rebus et dolere contrariis».

21. «Michi quidem videntur qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitie tollere».

22. « (1) Hec est enim tyrannorum vita nimirum, in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benivolentiae potest esse fiducia; omnia semper suspecta atque sollicita, nullus locus amicitie. (2) Quis enim aut eum diligat quem metuit, aut eum a quo se metui putet? Coluntur tamen simulatione dumtaxat ad tempus, quod sit forte, ut sit plerumque, ceciderint, tum intelligit quasi fuerint mores amicorum».

23. « (1) Non solum ipsa fortuna ceca est, sed eos etiam plerumque efficit cecos, quos complexa est; itaque illi efferuntur fere fastidio et contumacia nec quicquam insipientem fortunato intollerabilius fieri potest. (2) Atque hoc quidem videre licet, eos, qui a natura commodis fuerunt, moribus, imperio potestate, rebus prosperis immutari, sperni ab his veteres amicitias, indulgere novis. (3) Quid autem stultius quam, cum plurimum copiis, facultatibus, opibus possunt cetera parare, que parantur, pecuniam, equos, famulos, vestem egregiam, vasa preciosa, amicos non parare, optimam et pulcherrimam, ut ita dicam, supelectilem? (4) Etenim cetera, cum parant, cui parentur nesciunt, nec cuius causa laborant».

f.102r

24. «Etiam si illa maneat que sunt quasi dona fortune, tamen vita inculta et deserta ab amicis non potest esse iocunda».

LECTIONES in Va et Ve **CIC. Lael. 15. in Ve. III 15, 90** | haec igitur *Va ed* | igitur *om. Ve* | turpis *Va Ve* | turpis enim *ed* | tamen *Va, (del.) Ve^{ac}* | tum *Ve^{pc}* ; cum *ed* || **16. improbis** | improbis autem *ed* | his^{1&2} | iis *ed* | qui | qui ipsi *ed* | fuerunt | fuerint *ed* || **17. in Ve. III 15, 100** | haec igitur *Va ed* | igitur *om. Ve* | ut ab *Va ed* | ut *om. Ve* | putamus *Va* | petamus *Ve ed* | quid *Va Ve* | quidem *ed* | rogemur *Va ed* | rogomer *Ve* | coniuratio *Va Ve* | cunctatio *ed* | gaudeamus *Va Ve* | audeamus *ed* || **19. in Ve. III 15, 91** | solem *Va Ve* | solem enim *ed* | vita *Ve ed* | vitam *Va* | diis *Va Ve* | dis *ed* | vel *Va Ve* | nihil *ed* | iocundius *Va Ve* | iuc- *ed* || **20. hoc** | ergo hoc *ed* || **21. in Ve. III 15, 101** | nihil quidem *Va* | michi *Ve* ; atque etiam mihi quidem *ed* | utilitatis *Va Ve* | utilitatum *ed* || **22. (1) est enim** | enim est *ed* | (2) sit | si *ed* | ceciderint | ceciderunt *ed* || **23. (1) non** | non enim *ed* | itaque illi | itaque *ed* | (2) a natura | antea *ed* | rebus pros. | pros. rebus *ed* | his | iis *ed* | indulgere | -geri *ed* | (3) pecuniam | pecunia *ed* | possunt | possint *ed* | pulcherrimam *sic Va* | pulcherrimam vitae *ed* | (4) parentur | parent *ed* | laborant | laborent *ed* || **24. in Ve. III 15, 107** | etiam si *Va Ve* | ut etiam si *ed* | inculta et deserta *Va ed* | deserta et inculta *Ve* | potest *Va Ve* | possit *ed* | iocunda *Va Ve* | iocunda *ed* ||

LECTIONES in ceteris codd. **CIC. Lael. 15.** amicitia | amicitiae *B S V n I* | sancitur | sanctiatur *K E a* ; sancctur *F* ; sanctiatur *e* || **16.** qui | qui ipsius *G* | impietatis | imperatis *E* | his^{1&2} *E Mc* | fuerunt *Mc* || **19.** qui | hi quis *G B S V e* | diis *E Mc* | iocundius *E Mc* || **21.** utilitatis *cett.* | utilitatum *P (um in ras.) E Mc* || **22. (1) est enim** *M E D* | enim est *cett. Mc* | (2) ceciderint *Mc E M K S² G² a e I* | ceciderit *B S V S¹* || **23. (1) itque illi** *Mc* | (2) hoc | hic *G* | videre | videri *G² B S V E* | sperni ~ novis | *om. P* | his *E Mc* | (3) plurimum | plurimam *M* | pecuniam *Mc P* | vestem egregiam | veste egregia *G* | (4) parentur *Mc* | parantur *E* | (4) laborant *Q* | laborantur *P¹* ||

LOCI EXCERPTI in Va **CIC. Lael. 15.** 12, 40. **16.** 12, 42. **17.** 13, 44. **18.** 13, 45. **19.** 13, 47. **20.** 13, 47. **21.** 14, 51. **22.** 15, 52-3. **23.** 15, 54-5. **24.** 15, 55.

25. «Nec vero negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benivolentiam civum, quam blanditiis et assentando colligere turpe est».

26. «(1) Sunt igitur firmi et stabiles et constantes elligendi, cuius generis est magna penuria. (2) Et iudicare sane difficile est, nisi expertum; experiendum autem est in ipsa amicitia. (3) Ita praecurrit amicitia iudicium tollitque experiendi potestatem. (4) Est igitur prudentis sustinere cursum sic impetum benevolentie, quo utamur quasi aquis tempestatis, sic amicitias aliqua parte periclitatis, amicorum moribus».

27. «Firmamentum aut stabilitatis constantieque est eius quam in amicitia querimus fides; nichil enim stabile est quod infid[i]um est».

28. «Neque enim fidum esse potest multiplex ingenium et tortuosum».

29. «Maxima est enim vis vetustatis et consuetudinis».

30. «Fructus enim ingenii et virtutis omnisque prestantie tunc maxime capitur, cum in proximum quenque profertur».

31. «Odiosum sane genus hominum est officia exprobrantium, que meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit».

32. «Disparis enim sermones disparia studia secuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias; nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod est inter eos, quanta maxima potest esse morum studiorumque distantia!»

33. «Nichil enim est turpius quam cum eo bellum gerere, quocum familiariter vixeris».

34. «Danda opera ne amicorum discidia fiant, si tale aliquid evenerit ut extincte potius amicitie quam oppresse esse videantur».

35. «Digni sunt amicitia, quibus in ipsis est, cur diligantur. Rarum genus et quidem omnia preclara rara, nec quicquam difficilius quam reperire quod sit ex omni parte in suo genere perfectum».

f.102v

36. «Plerique perverse, ne dicam impudenter, amicum talem habere volunt, quales illi esse non possunt; queque ipsi iam non tribuunt amicis, hoc ab his desiderant.

37. «Serpit enim nescio quomodo, per omnium vitas amicitia, nec ullam etatis degende rationem patitur esse expertem sui».

38. «Natura solitarium nichil amat, semper ad aliquid tanquam adminiculum aducitur».

LECTIONES in Va et Ve **Cic. Lael. 26. (1) in Ve. III 15, 108** | sunt igitur *Va ed* | igitur *om. Ve* | elligendi sic *Va*, (el-) *ed* | + amici *Ve* | (2) sane difficile est | difficile est sane *ed* | (4) aquis | equis *ed* | tempestatis | temptatis *ed* | amicitias | amicitia *ed* | aliqua | ex aliqua *ed* | amicorum moribus | moribus amicorum *ed* || **27. in Ve. I 6, 15** | in amicitia qu(a)erimus *Va ed* | querimus in amicitia *Ve* | nichil enim stabile est *Va Ve* | nihil est enim st. *ed* | infidum *Ve ed* | infidium *Va* || **28.** esse potest | potest esse *ed* || **29.** vis *ed* | vix *Va* || **30. in Ve. I 4, 65** | fructus enim *Va ed* | enim *om. Ve* | tunc *Va Ve* | tum *ed* | maxime *Va Ve* | maximus *ed* | profertur *Va Ve* | confertur *ed* || **31.** est officina | officina *ed* || **32.** sermones | mores *ed* | ob *ed* | ab *Va* | quod | quod tanta *ed* || **33.** enim est | est enim *ed* || **34. in Ve. III 15, 110** | opera *Va* | est opera *Ve* ; opera est *ed* | ne amicorum *Va Ve* | ne qua amicorum *ed* | discidia *Va ed* | desidia *Ve* | si *Va Ve* | sin *ed* | oppresse esse *Va* | oppress(a)e *Ve ed* | videantur *Va ed* | videant *Ve* || **35. in Ve. III 15, 111** | digni *Va Ve* | digni autem *ed* | est *Va Ve* | inest *ed* | cur *Va* | ut *Ve* ; causa cur *ed* | ex omni *Va Ve* | omni ex *ed* || **36. in Ve. III 15, 117** | plerique *Va Ve* | sed plerique *ed* | amicum talem habere *Va Ve* | habere talem amicum *ed* | illi *Va Ve* | ipsi *ed* | ipsi iam *Va Ve* | ipsi *ed* | tribuunt *Ve ed* | tribuit *Va* | hoc *Va Ve* | haec *ed* | his *Va*, (hiis) *Ve* | iis *ed* || **37. in Ve. III 15, 118** | serpit enim *Va ed* | enim *om. Ve* || **38.** semper | semperque *ed* | aducitur | adnititur *ed* ||

LECTIONES in ceteris codd. **Cic. Lael. 25.** est | *om. M* | assentando | assentando *M* | colligere turpe est | collegetur potest virtus *P* || **26. (4)** cursum *Mc P G B S V* | cursum *M D E K e* | aquis *Mc b* | aliqua *Mc codd.* | tempestatis *Mc P M K G* | temperatis *B S V E D e a* ; temptatis *edd.* | amicitias *Mc* | amicitia *E V S²* ; amicitias *P M B S¹ K* || **27.** nichil enim stabile est | nihil enim est st. *B S V* || **28.** esse potest *M* || **30.** virtutis | virtus *M* | maxime | maximus *codd. Mc* ; permaximus *B S V* ; maximis *K* ; permaximum *f* || **31.** exprobrantium | exprobrantium *P G¹* || **32.** quorum | eorum quorum *G I* | quod | quia *M* || **33.** quocum | quicum *K E D* ; cum quo *F* || **36.** impudenter | imprudenter *M D* | amicum talem habere | talem habere amicum *E* ; talem amicum habere *G B S V D f e* | tribuunt | tribuant *M* | desiderant | desiderat *P* || **37.** serpit enim | sempiternum *M* ||

LOCI EXCERPTI in Va **Cic. Lael. 25.** 17, 61. **26.** 17, 62-3. **27.** 18, 65. **28.** 18, 65. **29.** 19, 68. **30.** 19, 70. **31.** 20, 71. **32.** 20, 74. **33.** 21, 77. **34.** 21, 78. **35.** 21, 79. **36.** 22, 82. **37.** 23, 87. **38.** 23, 88.

39. «In obsequio comitas assit, assentatio viciorum adiunxtrix procul amoveatur, que non modo amico, cuius autem aures veritati clause sunt ut ab amico verum audire nequeant; huius salus desperanda est».

40. «Ut igitur monere et moneri proprium est vere amicitie, et alterum libere facere, non aspere, alterum pacienter recipere, non repugnanter; sic habendum est in amiciciis ullam pestem esse maiorem quam adulationem blandirique assentationem».

41. «Amicitie vis est in eo ut unus quasi animus fiat ex pluribus».

42. «Horum est assentatio molesta, cum ad vanitatem accessit auctoritas. Secerni autem blandus amicus a vero et internosci tam potest adhibita diligentia quam omnia fucata et simulata a sinceris atque veris».

43. «Quamquam ista assentatio perniciosa sit, nocere tamen nemini potest nisi ei, qui eam recipit atque ea delectatur; itaque fit ut his assentatoribus patefaciat aures suas maxime qui ipse sibi assentetur et se maxime delectet».

44. «Omnino est amans sui virtus, optime enim se ipsam novit».

45. «(1) Semper auget assentator id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. (2) Quam ob rem, quamquam blanda ista vanitas apud eos valet, qui ipsi illam allectant et invitant, tamen etiam gravioribus constantioresque admonendi sunt ut animadvertant, ne calida assentatione cupiantur. (3) Aperte enim et adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excoctus; et callidus ille et occultus ne se insinuet studiose cavendum est; nec enim facillime agnoscitur, qua propter qui etiam adversando sepe assectatur et litigasse simulans audiatur atque ad extremum det manus vincique se paciatur, ut is qui illus sit, plus lusisse videatur. (4) Quid autem turpius quam illudi? Quod, ut ne accidat, cavendum est».

f.103r

46. «Omnia autem brevia tollerabilia esse debent, etiamsi magna».

LECTIONES in Va et Ve **Cic. Lael. 39.** in obsequio] in obsequio autem quoniam Terentiano verbo lubenter utimur *ed* | non modo amico] non modo amico sed ne libero quidem digna est, aliter enim cum tyranno, aliter cum amico vivitur *ed* | veritati clause] clause veritati *ed* | nequant] nequeat *ed* || **40.** monere] et monere *ed* | in am. ullam pestem] nullam in am. pestem *ed* | blandirique] blanditiam *ed* || **41. in Ve. III 15, 119** | amicitie *Va Ve*] nam cum amicitie *ed* | ut unus *Va ed*] ut in eo *Ve* || **43.** quamquam *ed*] quā qd? *Va* | perniciosa] quamvis perniciosa *ed* | itaque] ita *ed* | his] is *ed* | delectet] ipse delectet *ed* || **44. in Ve. I 4, 102** | **Tit.** M. T. Ciceronis de amicitia *Va*] Seneca de libro de amicitia *Ve* | novit *Va ed*] vovit *Ve* | ipsam *Va Ve*] ipsa *ed* || **45.** (3) enim et] enim *ed* | excoctus] excors *ed* | qua propter] quippe *ed* | assectatur] adsentetur *ed* | litigasse] litigare se *ed* | audiatur] blandiatur *ed* | lusisse] videsse *ed* | (4) cavendum] magis cavendum *ed* || **46.** magna] magna sunt *ed* ||

LECTIONES in ceteris codd. **Cic. Lael. 39.** amoveatur] moveatur *G* | amico] *om. M* | audire] audiat *M* | nequeant *Mc*] neque his *M*; nequeat *Q* || **40.** in amicitia (n)ullam pestem *Mc* | pestem] peste *K*; potest *M* || **41.** animus] amicus *G* || **42.** internosci tam] internoscit ante *M* | fucata] fugata *G*; fuscata *e* | simulata] similata *G¹* || **43.** itaque *Mc* | his] si *P M K* | adsentatoribus] adsenatoribus *P* || **45.** (1) adsentator] adsenator *P M G¹* | (2) animadvertant] aniad- *M* | (3) enim et *P M* | excoctus] excors est *M* | fafacil(l)me] facile *B S V* | litigasse *G¹ E* | litigasse se *G² e*; litiga se *P*; litigare se *M B S V f*; litigare *Mc* | vincique] vicinique *M* | lusisse] illusisse *Mc*; ulcisse *B S e* | (4) accidat] occidat *M* || **46.** magna] magna sint *M E e I* ||

LOCICEXCERPTI in Va **Cic. Lael. 39.** 24, 89-90. **40.** 25, 91. **41.** 25, 92. **42.** 25, 94-95. **43.** 26, 97. **44.** 26, 98. **45.** 26, 98-9. **46.** 27, 104.

Flores ex prima Rethorica Ciceronis

1. «Ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum sapientiam ducit, ut existimem sapientiam sine eloquentia parum prodesse citantibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam».
2. «Hinc ad rem publicam plurima commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum presto est sapientia; hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit; hinc amicis quoque eorum certissimum et tutissimum presidium comparatur».
3. «Ac michi quidem videntur homines cum multis, quibus humiliores et infirmiores sint, hac re maxime prestare bestiis, quod loqui possunt. Quare preclarum michi quiddam videtur? Adeptus is, qui, quare homines bestiis prestent, ea in re hominibus ipsis antecellat».
4. «Nam ab iratis si perspicue pax et benevolentia petitur, non modo ea non invenitur, sed augetur atque inflamatur odium».
5. «Taciturnitas imitatur confessionem».
6. «Melius accuratur que consilio geruntur quam que sine consilio administrantur».
